

*nō erit recta anima ejus in semet-  
ipso: justus autē in fide sua vivet.*

**H**is verbis consolatur nos Spiritus  
S. in mora & procrastinatione,  
auxilij divini, quę nostro quidem  
sensu mora est, at Dei respectu assidua  
festinatio ad juvandum. I. Etenim cum  
summus Deus singulis hominibus, pro  
sapienti & inperscrutabili suo cōsilio,  
crucem suam annumerarit, appende-  
rit, & mensus sit: hinc vero per partes  
illā erogat & in affectum deducit, do-  
nec numerus miseriarum impleatur,  
quantum potest urgendo, & ut ordine  
singulas vincamus ad finem usq; adju-  
vando. Quod cum fit, tum vero divi-  
num auxilium differri & procrastinari  
arbitramur: non prius intelligentes  
quantopere Deus festinet, quā consti-  
tutæ definitæq; tribulationes fuerint  
adimpletæ. Unde sequitur quæ nobis  
mora videtur, eam Dei respectu conti-  
nuam esse festinationem liberationis.  
Qui vero increduli sunt, h. e. in cruce  
immorigeri & impatientes, hi in cor-  
dibus suis nullam requiem invenient.  
Sicut enim patientia animos pacatos  
& tranquillos facit, ita contra impatiē-  
tia illos turbat, estq; inquietudo ipsa.

*Hinc*

*Quomo-  
do auxi-  
lij divi-  
ni dila-  
tio sit in-  
telligen-  
da.*